

Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

Binsfeld, Peter

Avgvstae Trevirorvm

VD16 B 5530

Sexta Conclusio. A ratione alienum esse non puto, Dæmonem subtilitate
suæ scientiæ, & virtute potentiae posse immittere homini profundißimum
somnum, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41113

sunt cognosci, ut August. lib. 21. de Ciuit.
cap. 5. docet.

Sexta Conclusio. *A ratione alienum esse non puto, Dæmonem subtilitate sue scientie, & virtute potentie posse immittere homini profundissimum somnum, & medij naturalibus efficacissima operationis adimere sensum doloris, ut scissione carnem dividat, & huiusmodi materias duras imponeat, & iterum breuissimo tempore curet alijs naturalibus fortissimisq; remedijis nobis incognitis.*

SI QVIDEM & medici vel chyrurgi naturalibus & soporiferis herbis nonnunquam immittunt soporem, ad remouendum dolorem, quando aliquod membrum abscindere volunt. Dæmonis autem peritia insignis est, & potentia eius maior, quam ab homine intelligatur. Nemo existimet, quod sine causa mille artifex dicatur. Nec quis admiratione capiat, quod nullum signum talis incisionis appareat. Cum cicatrix relinquatur, aut ob imperitiam medici, aut ob medicinæ debilem & tardam operationem, quæ omnia Dæmon supplere potest. Quare videmus, quod ceteris paribus præstantior Chyrurgus perfectius curat, & minorem cicatricem relinquat.

Huic

Huic Conclusioni congrua exempla ponit Nicolaus Remigius lib.2.cap.4. Quædam Margareta Ienina adiunctis sibi socijs, cùm proprium filium odiisset, inuencta est nocte à Dæmone in illius ædes, quæ erant in Sarbringen, vbi dormientem priustamen vnguento illinitum ad altius dormiendum, aggressæ simul sunt: sed cùm aliud fato aliquo impeditæ efficere non potuissent, testam humi repartam lateri filij, cui nomen erat Iaquilinus, facto prius vulnere, quod tamen momento coalesceret, inseruerūt: vnde etiam post multorum mensium vexationem videntibus multis erupit. Sennel Armentaria, quæ Dusæ in oppido Lotharingiæ pridie Calend. Octob. Anno 1586. mortis supplicium pertulit, confessa est, se in summum pedem cuiusdam Philippi Pistoris os è veruecina coxa inscruisse: cùm prius admota piscis spina vulnus fecisset, quod deinde callo obductum, ingentes diuturnos. que dolores eidem peperit, vt ab eodem pectori etiam postea compertum est.

Septima Conclusio. *Puto dissimilem imponēd rationem esse eorum, quæ immittuntur in carnosam corporis substantiam, & aliorum, quæ ad intestinæ & stomachum transiunt.*

RATIO